Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



dxcd

100

Hæc dicit dnus deus Calice sororis tue bibes profundu et latu erit
in derisu et subsannacione q es capacissima Ebietate et dolore reple
beris · calice meroris et tristicie · calice sororis tue samarie · et bibes il
lum et epotabis usq; ad fices · et fragmina eius deuorabis · et ubera tua
lacerabis quia ego locutus sum aut dnus deus propter hæc dicit dnus deus · quia
oblita es mei et proiecisti me post corpus tuum tu quoq; portabis scelera tua
et fornicationes tuas · Et aut dnus ad me dicens fili hominis nunq;
iudicabis oolla et oolibam et annunciabis eis scelera eorum · quia adulteri sunt
et sanguis in manibus earum et cum idolis suis fornicate sunt insuper
et filios suos quos genuerunt in obtulerunt eis ad deuorandum Hæc et
hoc fecerunt mihi · polluerunt sanctuariu meum in die illa et sabbata mea
profanauerunt Cum enim immolarent filios suos idolis suis et ingressi sunt
sanctuariu meum in die illa ut polluerent id · ecce hæc fecerunt in medio
domus mee Miserunt ad viros venientes de longe ad quos nuntius
missus erat ecce venerunt quibus te lauisti et circumposuisti stibio oculos
tuos et ornata es munditiis muliebribus Sedisti in lecto pulchrio
et mensa ordinata es ante te · Thymiama meum et unguentum meum
posuisti super eam et vox multitudinis exultantis erat in ea · Et in viris
qui de multitudine hominum adducebantur · et venientes de deserto posu
erunt armillas in auribus eorum et coronas speciosas in capitibus eorum
et dixi ei quæ erat in adulteriis Nunc fornicabitur in fornicationibus suis ecce
hæc · Et ingressi sunt ad eam sicut ad mulierem meretricem · sic ingrediebantur
ad oolla et ad oolibam mulieres nephandas Viri quoq; iusti
hi iudicabunt eas iudicio adulteriu et iudicio effundentium sanguinem
quia adulteræ sunt et sanguis in manibus earum · Hæc enim dicit dominus deus
Adduc ad eas multitudinem et trade eas in tumultu et in rapina
et lapidentur lapidibus populi et confodiant gladiis eorum filios
et filias eorum interficient et domos earum igni succendent.
et auferam scelus de terra et discent omnes mulieres ne faciant secundum scelera
earum et dabunt scelus vestrum super vos et peccata idolorum vestrorum
portabitis et scietis quia ego dns deus Et factum est
Factum est uerbum dni ad me in anno nono in mense decimo
decima die mensis dicens fili hominis scribe tibi nomen diei huius
hodie quia obsistit rex Babilonis adiuuare ierusalem hodie et diem